

/ Admodum R/de Pater.

Laetatus sum valde, cum accepi litteras R.V. et ex illis cognovi, R/um Abbatem Generalem jam esse in Italia. Quod attinet ad meum consensum pro prioratu Gentilini monasterii collati in personam

5 P/is V., miror quid hic mysterii lateat. Nunquam enim hactenus requisitus fuit meus consensus; neque ego jus ullum habeo in ejusmodi electionibus; neque est id consentaneum Brevi Apostolico, per quod accepi protectionem Congregationis Coelestinorum, quia potius in eo Brevi mihi mandatur, ut me non immisceam in ejusmodi rebus.

10 Sed brevi aderit ipse D.Abbas Generalis, at ab eo intelligam, quid hic mysterii lateat. Interim bene valeat P/as V/ra mei memor in sanctis precibus suis. Datum Romae, die 11 decembris 1618.